



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. ccix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*De substantia defuncti presbyteri, cuius esse
debeat. Cap. CCVI.*

Sancto concilio allatum est, quòd quidam laici impro- *Ex cōcil.*
bè agant contra presbyteros suos, ita ut de moriētium *Triburiē*
presbyterorum substantia partes sibi vendicent sicuti de *si, cui in*
propriis seruis. Interdicimus itaq; canonica autoritate, *terfuit ar*
ne hoc ulterius fiat: sed sicuti liberi facti sunt ad suscipiē- *nolphus*
dum gradum, & agendum diuinum officiū, ita nihil ab eis *rex, cap.*
exigatur præter diuinum officium. De peculiari verò sa- *23.*
cerdotum nihil sibi vsurpēt, sed totum in quatuor diuida-
tur partes, vna episcopo, alia altari, tertia pauperib⁹, quar-
ta parentibus: & si non sunt idonei parentes, episcopus eā
recipiat, & in vsum Ecclesiæ diligenter distribuatur. Et si
quis contra hæc facere præsumpserit, anathematizetur.

De presbyteris qui sine testamento discesserint.

Cap. CCVII.

Si quisque ex gradu ecclesiastico sine testamento & *Ex eodē,*
sine cognatione discesserit, hæreditas eius ad Ecclesiā, *cap. 14.*
vbi seruiuit, deuoluatur. Similiter de sanctimonialibus.

De clericis qui laicalibus vestimentis vtuntur.

Cap. CCVIII.

Vt laicalibus vestimentis clerici non vtantur, id est, *Ex eodē,*
mantello vel cotto, siue cappa, nec preciosis & ine- *cap. 27.*
ptis calciamentis, & aliis nouitatum vanitatibus, sed reli-
gioso & decenti habitu induti incedant.

De eadem re. Cap. CCIX.

CLERICVS professionem suam, etiam habitu & *Ex cōcil.*
incessu probet, & ideo nec vestibus, nec calceamētis *Carthagi*
decorem querat. *nē. ca. 45*

De clericis qui ociose in nudinis ambulant.

Cap. CCX.

Clericus qui non pro emēdo aliquid in nudinis, vel *Ex eodē*
in foro deambulat, ab officio suo degradetur. *concil. ca.*
48.

Vt nullus ex clero arma militaria portet.

Cap. CCXI.

Quicunq; ex clero esse videntur, arma militaria non
sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vo-
cabulū religiosi moribus, & religioso habitu præ-
beant. Quòd si contempserint, tanquā sacrorum canonum